



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio aquae lustralis & salis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

De benedictione aquæ lustralis. 161

nera temerè aut imperitè unquam usurpet propriâ auctoritate.

In omni benedictione extra Missam, sacerdos saltem superpelliceo & stola, pro ratione temporis utatur; nisi aliter in missali notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite, in principio cujusque benedictionis dicat:

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

✠. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Deinde dicatur oratio propria, una vel plures prout loco suo notatum fuerit.

Postea rem aspergat aquâ benedictâ: ubi notatum fuerit, pariter incenset nihil dicendo.

Cum sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ, & aspergillo & cum hoc rituali libro seu missali.

Caveat, ne benedictionis causâ ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam.

BENEDICTIO AQUÆ LUSTRALIS ET SALIS.

Omnibus diebus Dominicis (excepto tempore Paschali & Pentecostali, quibus de fonte baptismi, ante impositionem chrismatum, tantum aquæ sumitur, ut aspersioni consuetæ sufficiat) sacerdos salem & aquam benedicit secundum Ecclesiæ antiquam & universalem consuetudinem, acceptoque aspersorio genuflectit ante altare & aspergit altare in medio, in cornu Evangelii & Epistolæ (sed si Venerabile patenter sit expositum non aspergitur altare multò minus Augustiss. Sacramentum) deinde se, adhuc genuflectens; tertio ministros singulos: quarto Clerum; quinto, populum & Ecclesiam circumeundo, si transeat ossuarium ibidem consistens orat Psalmum De profundis, cū Pater, & Ave, & Collecta generali

X

pro

pro animabus ibidem quiescentibus; permittitur etiam ab omnibus eâ uti volentibus pro agris, ædibus, pabulis, cibus &c. juxta Concilium Naneense aliquid aquæ deportari domum.

Exorcismus Salis et Benedictio aquæ de summa ex N. S. h. b. h. ex quo etiam
SEQUITUR EXORCISMUS SALIS.

de summa reliqua benedictio aquæ quæ dicitur. contra. n. quæ h. i. c. e.
V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

Exorcizo te creatura salis per Deum **✠** vivum, per Deum **✠** verum, per Deum **✠** sanctum; per Deum qui te per Helisæum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discedat à loco in quo aspersum fueris omnis phantasia & nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare tuâ pietatē digneris: ut sit omnibus sumentibus, salus mentis, & corporis, & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditiâ, omni-que impugnatione spiritalis nequitix: Per Dominum nostrum &c.

Sequi.

Sequitur Exorcismus aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine **✠** Dei Patris omnipotentis, & in nomine **✠** Jesu Christi filii ejus Domini nostri, & in virtute sancti **✠** Spiritûs: ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici: & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi: qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene **✠** dictionis infunde: ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones morbosque pellendos divinæ gratiæ sumat effectum, ut quidquid in domibus vel locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti; aspersione hujus aquæ effugiat: ut salubritas per

invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum &c.

Hic mittat sal in aquam per modum crucis dicendo:

Commistio salis & aquæ pariter fiat, in nomine Pa **†** tris, & Fi **†** lii, & Spiritûs **†** sancti, Amen.

Deinde dicat Sacerdos:

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis Imperii Rex ac semper magnificus triumphator: qui adversæ Dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitas potenter expugnas: te Domine trementes & supplices deprecamur, ac petimus: ut hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritûs abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritûs, nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum &c.

Tunc fiat à celebraturo aspersio, & cantetur sequens Antiphona:

De asperſione aquæ luſtralis.

In Feſtis, ſolemniter.



Asperges me Domine hyſſopo & munda-



bor Lavabis me & ſuper nivem dealabor.




Verſ. Miſerere mei Deus ſecundum magnam




miſericordiam tuam. Gloria Patri & Filio &



Spiritui ſancto, Sicut erat in principio & nunc




& ſemper & in ſæcula ſæculorum Amen. La va-



bis me.


Dominicaliter.




Asperges me Domine hyſſopo & munda-

X 3

bor.


bor **L**avabis me & ſuper nivem de albor.



Verſ. Miſerere mei Deus ſecundùm magnam




miſeri cor diam tuam. **G**loria Patri & Filio



& Spiritui ſancto, Sicut erat in principio &



nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum Amen.



Lavabis.

Canitur prædicto modo in Dominicis, exceptâ Dominicâ Paſſionis, in qua non dicitur Gloria Patri: ſed poſt Pſalmum Miſerere, repetitur Aſperges me. A Dominicâ Paſchæ uſque ad Pentecoſten cantatur ſequens Antiphona:



Vi di a quam egredi entem de tem plo

à la.

à la tere dextro al le lu ja. **Et**

omnes ad quos pervenit aqua is ta

sal vi fac ti sunt & di cent al le lu ja al.

le lu ja. **Verf. C**onfitemini Domino quo-

niam bonus quoniam in sæ culum misericordia

ejus. **G**loria Patri & Filio &c.

In octava Pentecostes resumitur Asperges me. Finitis An-
tiphonis supradicto modo, sacerdos qui aspergit aquam, ante gradus
altaris stans canit:

V. Domine apud te est fons vitæ.

R. Et in nomine tuo videbimus lumen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

Præſta quaſumus Domine per hanc aſperſionem aquæ, ſanitatē mentis, integritatem corporis, tutelam ſalutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei, hîc & in æterna ſæcula ſæculorum. Amen.

In tempore Paſchali.

V. In reſurrectione tua Chriſte alleluja.

R. Cœli & terra lætentur alleluja.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Concede quaſumus omnipotens Deus, ut qui feſta paſchalia egimus, cœleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

In ipſo die & octava Pentecoſtes.

V. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, alleluja.

R. Et renovabis faciem terræ; alleluja.

Oremus.

Concede quaſumus omnipotens Deus, ut qui ſolennitatem doni ſancti Spiritûs colimus: cœleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.


*Sub proceſſione ſeu circuitu templi, vel quando preces ante
offua-*

De aspersione aquæ lustralis & circuitu. 169

ossuarium superscriptæ fuerunt dictæ, canitur Antiphona sequens:
vel alia quæ diei propriè conveniat, è libro responsionum:



Salvator mundi salva nos omnes; sancta



Dei genitrix semper Virgo Maria



ora pro nobis; precibus quoque san-



ctorum Apostolorum, Martyrum & Con-



fessorum atque sanctarum Virginum suppli-



citer petimus, ut à malis omnibus eru-



amur, bonis que omnibus nunc & semper per-



frui mere amur.

Y **BE**